Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



210

excelso principi. Quasi stella matutina in
medio nebule. et quasi luna plena in die
bus suis lucet. Quasi rosarum flos in diebus ver
ni. et quasi lilia que sunt in transitu aque.
Quasi thus redolens in diebus estatis. et quasi
ignis effulgens. et thus ardens in igne. Qua
si oliua pullulans. et cypressus in altitudi
nem se tollens. et quasi uas auri solidum orna
tum omni lapide pretioso. Quasi sol refulgens.
sic ille effulsit in templo dei. Tu Homo quidam nobis.

Rs. Cosme et Damiani. Ad hebreos.

Confidimus de uobis meliora et ui
ciniora saluti. tamen et si ita loquimur. Non enim
iniustus est deus. ut obliuiscatur operis uestri et dilec
tionis quam ostendistis in nomine ipsius
qui ministrastis sanctis et ministratis. Cupi
mus autem unumquemque uestrum eandem ostentare sol
licitudinem ad expletionem spei usque in finem.
ut non segnes efficiamini uerum imitatores eorum
qui fide et pacientia hereditabunt promissio
nes. in xpo ihu domino nostro. Tu Hec mando uobis.